

Jacobi Alvarez de Paz Opera

De Vita Spirituali, Eivsqve Perfectione - Libri quinque

Álvarez de Paz, Jacobo

Lvgdvni, 1611

Perfectionem fraternæ charitatis præceptum Christi esse vocatam, ob
alia[m] perfectionis proprietatem, quòd iustos fortis ad laborandum
efficiat. Cap. xxxij.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-77833](#)

nuam aperit charitati erga Deum, & Ecclesiā ipsam, ac eius parres ruerunt, & tamquam membra eiusdem corporis colligata & ynta firmiter, conseruant.

*Perfectionem fraternæ charitatis preceptum Christi esse vocatam, ob aliam perfectio-
nis proprietatem, quod ius-
fortes ad laborandum
efficiat.*

CAP VT XXXIII.

DAm videamus quo pacto fraterna charitas postremū incommodū membrorum spiritualium pellat, & religiosos lectatores ad laborandum roboret, & aptos ad salutē animarū procurandam efficiat. Quod ex ipsa natura ministeriorum, quibus proximorum salutē vacamus, manifestè perspicitur. Nā animarum cura, si ad aduersarios, qui eam impedit, conferatur, prælij quādam imaginem, si verò ad homines, quorū salus spiritualis procuratur, cuiusdā procreationis similitudinem præfert. Primiō quidē salutis animarum procuratio bellum est, illidque acerbū & periculosū, quod non aduersus carnē, & sanguinem geritur, sed contra príncipes, & potestates tenebrarij, contra mundum vniuersum, contra concupiscentiam nostrā, domesticum hostem, suscipitur. Quis enim aduersatur nobis, cūm homines à peccatis abducimus, nisi Diabolus, qui dæmonum cuneos, & cohortes educit, ne amittat eos, qui seipso sponte iniquitatē potestatem dediderunt? Quis oblitus nobis, nisi mundus vniuersus, timens ne suæ factio- nis mundanos homines eo derelicto ad militandum sub Christi vexillum convolent? Quis repugnat, & obliquetatur nisi caro, asseclas suos illecebris deliniens, ac deliciis alliencis, ne eam solam, & ingloriam dñe linquant? Noua bella elegit Dominus (cecinit Debo- ra prophetisa) & portas hostium ipse subveruit. [Nā veteribus prælijs, quæ pro temporali Itaëlitaram salute gesserat prætermis, noua bella istis nouis hostibus indicit; cūm non pro salute corporum, sed pro animarum liberatione dimicat; & nouum præliandi modum, non hasta, & ferro, sed suorum militum per-secutionibus, laboribus, & cibis cōficitur. Dux fortissimus huius belli Christus est, quem Pater non solum testem dedit populis (vt est apud Iaïam) sed etiā ducem, & præceptorem gentium.] Et Ieremias ait: Et erit dux eius ex eo, & prínceps de medio eius, producetur, & applicabo eum, & accedet ad me. Quis enim iste est, qui applicet cor suum, vt appropinqueret mihi, ait Dominus.] Quibus verbis Dux Christi amore eximium erga Patrem significat. Nos autem milites huius Dux sumus, si eius vexillum sequentes in hanc tam celebrem expeditionem egredimur. Omnes inquam religiosi sunt Christi milites, sive solo exemplo, sive etiam verbo, & doctrina, aduersus Dæmones bella coufiant. Hos Christus instruxit luce ex alto demissa, armavit virtutibus, roborauit donis, & vestiuit religionis insignibus, vt spiritualium hostium phalanges proterviant, & alios fi- deles tanquam infirmiores à Dæmonum incursu de- fendant. Ideo lectum Salomonis, id est, Ecclesiam sexaginta fortes ambient ex fortissimis Israël, omnes tenentes gladios, & ad bella doctissimi.] Qui sūt isti fortes sanctam Ecclesiam ambientes, nisi Euan-

Iudic. 5.

Iaïa 51.

Iore. 30.

Cant. 3.

A gelij ministri; qui ab ipsis dæmonum fauibus animas extrahunt; à laueis inextricabilibus mundi il- las eripiunt; & à carnis insultibus, & impetu feroci defendunt? Quem gladium tenent in manibus, nisi illum de quo Paulus: Galeam salutis assumite, & gla- dium spiritus, quod est verbum Dei? Illum inquam, de quo alibi dictum est: Vixius est sermo Dei & effi- cax, & penetrabilior omni gladio ancipi, pertin- gens vñque ad diuisionem animarū, & spiritus, compa- gum quoque & medullarum, & dñe cōfector cogita- tionum & intentionum cordis.] Hoc gladio tentacio- nes iugulant, mundi fallacias trucidat, iram, superbiā, luxum, & alia vitiorum monstra proscindunt. Et quare sunt ex fortissimis Israël; nisi quia (vt ait Beda ve- nerabilis) qui vel prædicando præsentē Ecclesia pa- cē tueri, vel contemplando eam, quæ in cælis est, cu- piunt intreri, necesse est vigilare, stare in fide, viriliter agere, confortari, ac diuina se dignos visione redde- re current?] His est Dominus fortitudo reuertenti- bus de bello ad portam, qui post partam victoriam, dum ad secreta cordis reuertuntur, ibi Deum, solum præteritorum laborum remuneratorem, sed nouā fortitudinis datorem inueniunt, vt denudō intusibili- bus hostibus bellum indicant, & verbis aduersus eos, exemplisque fortiter dicent.

C Si ergo cura salutis proximorum bellum est, du- bus rebus inter alias maximè indiger, quæ in terrenis etiam bellis sunt admodum necessaria, nempe mili- tum fortitudine, & agminum ordine, ac recta dispo- sitione: hæc autem duo sine mutua charitate haberi non possunt. Ad hoc bellum spirituale necessaria est militum fortitudo; quoniam si pueri ad præliandum proficiantur, id est, homines carnales, & imper- fecti, illos dæmones aduersarij nostri procaciter irride- bunt, illorum conatus, & pugnas contemnent, insul- tabuntque eis, dicentes: sagitta parvulorum factæ sūt plaga eorum.] Quicumque autem charitate sunt va- cui, & contentionibus, arque rixis deseruunt, pueri sunt imbecilles, atq; adeo minus idonei ad onus hu- ius belli iusciendum. Videamus an hoc ex Paulo eli- ciatur. Tanquam parvulis in Christo (inquit) lac vo- bis potum dedi, non escam, nondum enim poteratis, sed nec nunc quidem poteritis, adhuc enim carnales esitis.] Quare, o Apoltole, Corinthij sunt parvuli quare carnales? quare adhuc sunt ad panem edēdū in- ualidi? quantum magis ad pugnas, & bella. Quare? Cū enim (air) sit inter vos zelus & conterio, nōne car- nales esitis, & secundū hominem ambulatis? Itaque qui tales sunt, & inuidiosi, atq; amulati uncis colla submittunt necesse est, vt has pueriles contentiones deponant, adolescenti charitate, augentur dilectionis viribus, si cum tam acribus inimicis volunt ini- re certamen, & ab eorum manibus animas peccato- rum eriperet. In unum agmen amore cogantur, & quisque arma aliorum, id est, ministeria linquens, proprio telo armatus incedat, & locum sibi in agni- ne designatum non deferat.

E Deinde necessaria est inilitum mutua confusio, & hæc non in alio, quām in charitatem consuetudinā sic vniuersi contentientes, & se inuicē iungentes, inuidi, & insuperabiles evadent. Vt enim res à Deo conditā singula per se sūpta, bona quidem sunt; quare, vidit Deus lucē quod esset bona, & firmamentum, quod es- set bonū: at omnes simul copulata sunt, non tantum bona, sed optimæ; Vnde vidit Deus cuncta quæ se- cerat, & erat valde bona.] Sic in huius militiæ lecta- toribus, fieri quidem potest, vt quisq; sit fortis, & ro- buster, nō tamen ita, vt solus possit agminibus aduersarii resistere, vel saltē ea valeat superare, sed aliis comitus, & adiutus militibus, fortissimus efficitur; &

Ephes. 6.

Hebr. 4.

Beda lib.
3. in Cæt.
e. 3.

Isaia 28.

Psal. 63:

1. Cor. 3.

Gen. 1.

Gen. 28.

robū

Basilius
orat. i. de
amore.

I. Reg. 14.

Luke 10.

Ecclesi. 4.

robustissimus, adeo, ut hostium cuneos vincat, & in fugam conuertat. An non una manus auxilio alterius indiget, ut aliquid operis faciat, & quodvis aliud membrum aliorum virtute sustentatur, atque fulcitur, ut in actionem sibi propriam imcumbat? Ita Christi miles aliorum auxiliis roboratur, ut suas partes agat, & onus sibi demandatum sustineat. Audiamus Basilium pulcherrimè, ut solet, hunc locum explicantem. Magis vobis quisque nostrum (inquit) ope, & beneficio proximi opus habet; quam manus manu altera. Cum enim videam nullum ex membris nostris per se ad actionem aliquam peragendam satis sibi ipsi esse, quomodo in animum induceret potero, atque mihi persuadere, meipsum mihi ad omnia huius vita munia sufficerum? Neque enim pes tuò vñquam gressum fecerit, nisi ab altero, simul ac se moverit, fulciatur; nec etiam oculus probè rem aliquam intuendo cognoscet, si partipem officij alterum non haberit, vel pari studio rei videndæ intentum. Sed & auditus acutior ille esse solet, qui per utrasque aures vocem excipit: apprehensio etiam illa fortior existit, qua ope digitorum, & ambarum manuum viritur. In summa, nullam rem, neque ex iis qua natura ipsa profert, neque qua à nostra suscipiuntur voluntate, sine conspiratione, & mutuo confusu eorum, qua generis sunt eiusdem, perfici posse video.] Si haec ita se habent, & tam necessaria est non solum in bello, sed etiam in alia quavis actione militum, aut agentium mutua concordia, qua dementia erit, si nos milites in ipso confictu prælij minime confundiamus, si fiat quasi miraculū, & non à Deo & versus fuerit gladius vniuersusque nostrum ad proximum suum, & inde sequatur cædes magna nimis?] Quis erit euuentus belli, in quo omnes hostes licet inter se contrari consipirarunt, ut se à nobis defendant, nos autem diuisi, & militari disciplina destituti, non in illos, sed in nosipsos tela torqueamus, & sicut contra inimicos præliemur? Quæ victoria, ubi unus non iuuat alium, sed irrisione, detractione, & aliis modis impedit, ne hostem proterat, atque prosterat? Videns ergo Dominus quantum malum ministris suis, & quantum damnum Ecclesiæ accidere posset ex ista discordia, cum septuaginta duos discipulos ad munus prædicationis, hoc est, ad spirituali pugnam delegisset, misit eos binos ante faciem suam in omnem ciuitatem; & locum, quo erat ipse venturus, ut vel ipse binarius numerus magister esset charitatis, cōsque sui muneri admoniceret. Non soluagi incendant, sed bini, & non tam corpore, quam amore sociati; nam ad hunc spiritualem conflictum peragendum, melius est duos esse quam unum, ut Salomon ait; habent enim emolumenitum societatis sua: si unus cediderit, ab altero fulcietur; & si dormierint duo, fœcubuntur mutuò, unus quomodo calefiet; & si quipiam præualuerit contra unum, duo resiunt ei.] Quemadmodum astra cæli, qua in diuinis literis militia celi vocantur, inter se ordinatè disposita, & quadam pace & tranquillitate super nostrum medium orbem prodeuntia, mundā istum inferiorem conseruat, & intemperies, morbos, & mortes propellunt; si autem ab hac pace deciderent, & inter se disceperarent, & se ipsa disperderent, & tempestatum, & morborum, & interitus causa esset illa discordia: ita religiosi & Ecclesiastici, qui sunt militia Dei, quam in Ecclesia conuocauit, ut ab hominibus mentis cæcitatem, & vitiorum obscenitatem auerteret, lumen agem diuinum, & virtutum salutem afferret, pace bene dispositi & dilectione ligati, mirabiles in secularibus tamquam in corpo-

A ribus infirmis effectus præstabunt, & influxu quodam doctrinæ salutaris virtutes illis, & bonorum operum cumulum afferent: diuinæ vero & dissociati præuis discordia exemplis, animoque turbato, & minime quero, quid illis, nisi scandala, amulationum fructus, & quid sibi ipsi, nisi perniciem & exitium reportabant?

Deinde hominum conuertendorum munus, quædam est spiritualis generatio. Ita enim illud Paulus Apostolus vocat, suis Corinthiis in hunc modum scribens. Nam si decem millia pædagogorum habebitis in Christo, sed non multos patres; nam in Christo Iesu per Euangelium ego vos genui.] Cui concinit codex sanctus Spiritus plenus Iacobus Apostolus. Voluntariè (inquit) genuit nos verbo veritatis, ut sumus initium aliquod creature eius.] Merito autem animarum conuersio: hoc nomen fortissima est, qui ad formam procreationis naturalis quidam est à priuatione vita, ad vitâ ipsam progreſſus, quo homo definit esse, quod erat, & incipit esse, quod non erat. Erat enim filius Diaboli, incipit esse filius Deitatem vas teñebatur, & dñationis, incipit esse vas lucis, & electionis: erat substantia peccato obsecna, Deo non viuens, incipit esse substantia pura & immaculata, Deo viuens. Ut autem naturalis procreatio à principio perfecto emanat; neque enim pueri generare valent, & speciem humanam aliis communicare, sed virti, in quibus natura viget, & ad debitum perfectionem peruenit: ita & haec generatio spiritualis, qua esse diuinum imperit; in ministro, qui spiritualiter generat, perfectionem charitatis & virtutum requirit. Ideo enim (ait Gregorius) binos ad prædicandum discipulos Dominus mittit, quatenus hoc nobis tacitus innuat, quia qui charitatem erga alterum non habet, prædicationis officium suscipere nullatenus debet.] Qui ergo non est perfectus charitate, non est idoneus minister Euangeli, sed inanis administrator vanitatis: non est pater virtutum, sed genitor vitiorum: nam ad generandas anima procedens, verbo quidem Christum annunciat: sed signis, & gestu, & modo annunciandi hoc verbum, se ipsum, & suam vanitatem, & ambitionem prædicabit, & auditores contagione tanke pestis inficeret.

B Greg. h. 12. in Euang.

C Et mihi sanè attenè hanc rem consideranti, visum est, sanctam dilectionem Euangeli ministris vniuersa tribuere, qua spiritualis generatio, ut regnè succedat, requirit. An in parentibus necessarius est vitalis calor, ne spiritualis actio suo fine frustretur? Sed huc ea charitas tribuit, qua minister Euangeli aliis fratribus, & ministris adiungitur; eorum enim orationibus fultus, exemplis prouocatus, doctrinis instrutus, calorem iltum vitalem concipit, prædicationis fidem comitem. Hoc enim est, quod supra ex Ecclesiaste addiximus: Si dormierint duo, fœcubuntur mutuò, unus quomodo calefiet?] Simil dormiunt, qui in lecto religionis decumbentes, & charitate coopti, oratione & sanctis occupationibus instant; isti enim mutuis desideriis, & actionibus interpellunt: solus autem dormit, qui animo ab aliis segregatus orat, aut occupatur: non habet enim iuxta se aliquem amorem coniunctum, à quo calefit. An requiritur vigor & robur ad difficultates sustinendas, qua in hac procreatione se offerunt? Etsi enim purissima suavitate non caret, homines à face peccatorum eripere, & in viam sanctitatis reuocare, neque etiam caret difficultate: Nam & profusis lacrymis assidue orandum est, ut Deus hanc fœlicem metamorphosim efficiat, qua homo ex bestia, in Angelum commutatur; & infatigabiliter studiis, itineribus, & contentione maxima elaborandum. Vt enim leerna gemiribus

D Ecccl. 4.

E Et mihi sanè attenè hanc rem consideranti, visum est, sanctam dilectionem Euangeli ministris vniuersa tribuere, qua spiritualis generatio, ut regnè succedat, requirit. An in parentibus necessarius est vitalis calor, ne spiritualis actio suo fine frustretur? Sed huc ea charitas tribuit, qua minister Euangeli aliis fratribus, & ministris adiungitur; eorum enim orationibus fultus, exemplis prouocatus, doctrinis instrutus, calorem iltum vitalem concipit, prædicationis fidem comitem. Hoc enim est, quod supra ex Ecclesiaste addiximus: Si dormierint duo, fœcubuntur mutuò, unus quomodo calefiet?] Simil dormiunt, qui in lecto religionis decumbentes, & charitate coopti, oratione & sanctis occupationibus instant; isti enim mutuis desideriis, & actionibus interpellunt: solus autem dormit, qui animo ab aliis segregatus orat, aut occupatur: non habet enim iuxta se aliquem amorem coniunctum, à quo calefit. An requiritur vigor & robur ad difficultates sustinendas, qua in hac procreatione se offerunt? Etsi enim purissima suavitate non caret, homines à face peccatorum eripere, & in viam sanctitatis reuocare, neque etiam caret difficultate: Nam & profusis lacrymis assidue orandum est, ut Deus hanc fœlicem metamorphosim efficiat, qua homo ex bestia, in Angelum commutatur; & infatigabiliter studiis, itineribus, & contentione maxima elaborandum. Vt enim leerna gemiribus

*Gala. 4.**Psal. 118.**Psal. 67.
Psal. 12.**Ierem. 1.**1. Cor. 13.**Isaie. 30.*

catulos suos exfuscat, & lambendo informat; sua Christi minister spirituales filios, tum gemibus & lacrymis ad Deum ditecēs, tum suavitate, & dulcedine filii ostensa eos gratia suscitat, & virtutibus decorat. Filioi (inquit Paulus) quos iterum parturio donec formetur Christus in vobis.] Sed hunc vigorē charitas præstat ministrorum corda dilatans, ut in his difficultatibus non hæcent, ad finemque sibi propositum conversionis animarum alacriter currant. Viam (inquit Regius vates) mandatorum tuorum cucurri, cùm dilatāti cor meum.] Tunc profectō currimus viam diuinorum mandatorum, quæ omnia in Dei cultu & proximorum utilitatem tendunt; tunc ad nostra instituta obseruanda festinamus, quorum scopus est vitorum euulso, virtutumque planatio, cum Deus liberaliter nobiscum se gerens corda nostra charitate dilatat, & ab angustiis proprij amoris & anxietate liberat. Iste quippe angustus est valde, qui ad propria commoda solum anhelat, & in sui gloriam inanem, & honorem suspirat; illa vero latissima, quæ proprias commodities posthabet, ut aliis se vtilem & opportunam exhibeat. An necessarius est spiritus in verbo, & quod Deus de voce sua vocem virtutis, & vox Domini confringat cedros Libani, & communiat eos tamquam virtuos Libani?] Sed in hunc spiritum an efficacitatem, hac vocis virtutem, non subministrant literæ, non humana sapientia, non splendor orationis, non vices, & gestus, sed charitas. Hæc enim est virtus, & potētia viri Apostolicæ, quæ peccatores mouet, exterrit, atque conuerterit, qui exaltatus super gentes & regna, euellit, & destruit, & dispersit, & dissipat, & ædificat, & planta:] Sine illa autē sonus est inanis, efficacia priuata, qui forrē delectare potest, sed mouere omnino non potest. Manifestè quidem Paulus hoc docer. Si linguis (inquit) hominum loquar & angelorum, charitatem autem non habeam, factus sum velut assonans, aut cymbalum tinniens: Etsi habuero prophetiam, & omnem scientiam; et si habuero omnem fidem, ita ut montes transferam, charitatem autem non habuero, nihil sum.] Vt inam non hoc experientia docuisset, nam qui non animas iuaret, sed ipsum, & non Christum prædicare cupit, ea quæ rit plebi proponenda, quæ aures mulceant, audidores delectent, & admirentur, non vero quæ peccatorum fecitatem, virtutumq; decorem ostendant. Annunti miseri auditoribus, si non verbo, saltem plausu & concursu dicentibus: Nolite aspirare nobis, quæ recta sunt, loquimini nobis placentia, videte nobis errores.] Hinc hodie tam multi ministri Christi & tam pauci. Multi etenim sunt, qui ambitione distinet; gloriam prædicationis ambiant, & videri magistri cupiant, qui que sua querant, non quæ Iesu Christi: Pauci vero, qui proximorum charitate permoti, non honorem, sed onus, non gloriam inanem, sed labores præliandi cum vitiis, doctrina exēplique suscipiant.

Tandem, cum vir spiritualis se inuenit annis oneratum, senectute confectum, vestibus spoliatum, charitas est, quæ labores, animarumq; lucra suppleret; haec est, in cuius complexibus intepescit. Non potest præ lassitudine laborare, amat proximum, & optat, quantum in se est, eus occupari profectibus, & ita laborat: Non potest verbum Dei seminare, amat, & ita prædicat: Non potest confessiones excipere, amat, & ita excipit: Non potest corpus macerare ieiuniis, vigilis insisteret, & his operibus antea confusis tamquam quibusdam vestimentis calefieri; amat, & desiderat, & laborū præteriorum recordationibus calorē concipit, amorēq; & charitate ad ferculū pertinet paci-

A fici Salomonis. Hoc nātūque est, quod in amoris cātico sponsa significat. Ferculum (ait) fecit Rex Salomon de lignis Libani, columnas eius fecit argenteas, reclinatoriū aureū, aſcēsum purpureum, media charitate constrauit.] Quid ferculum istud pacifici nostri Christi designat, nūl sanctorum numerum, in quibus suauissimē requiescit? Ad hoc ferculum ligata Libani imputribilia pertinent, illi scilicet, qui omnia peccata, & crimina detestantes, veram animi puritatem sectantur, & columnæ argenteæ, scilicet Episcopi, & Doctores, qui sanctissimē viventes in Ecclesia verbo prædicationis resonant, & in peccatis dormientes ad bellum contra inuisibilēs aduersarios vocant; nec non & reclinatoriorum aureum nimurū mētes sancto otio vacantes, quæ contemplationi diuinorum insistunt, & auro diuini amoris splendent. Spectat etiam ad hoc ferculum pacifici Salomonis aſcensus purpureus, illi nempe, qui populo cruce respsi pro fide vitam effuderunt, illi etiam, qui mortificationem Iesu Christi in corpore suo circumferentes, non breue, sed longum genus martyrij pertulerunt. Sed quid nos miseri (inquit Gregorius) atque omni fortitudine destituti, quid actū sumus? Ecce in hoc ferculo columna esse non possumus, quia in nobis, nec fortitudo operis, nec lumen emicat prædicationis. Reclinatorium aureum non habemus, quia ne dum sicut oportet, per intellectum spiritualem requiem internā claritatis aspiciamus. Aſcensus purpureus non sumus, quia pro Redemptore nostro fundere sanguinem non valemus. Quid ergo de nobis agē dum est? Quæ spes erit, si nullus ad regnum pervenit, nisi qui summis virtutibus præditus fuerit: sed a deo quoque nostra consolatio: Amemus in quantum possumus Deum, diligamus & proximum, & simul quoq; nos ad Dei ferculum pertinemus: Quia sicut illic scriptū est: Media charitate costrauit. Habe quippe haritatem; & ibi sine dubio pertinet, vbi & columna argentea erigitur, & aſcensus purpureus tenetur.] Charitas ergo est, quæ pro omnibus laboribus supponitur, & eorum vicem gerit, sine qua quantumvis magni, nullius reputantur valoris. Est enim principium, à quo procedunt; & si ab alio principio exant, inane sunt, & infuctuosi: Est medium, quo decorantur, sine quo sunt insulsi, & deformes: Est finis ad quem referuntur, et si ad alium referantur, non aurei sunt, & pretiosi, sed viles & plumbei: Est denique omnium compendium meritorum, quoniam desiderando, & amando præmia virtutum acquirimus, quas imbecillitate impediti exercere non possumus. Hanc perfectionis partem, tam necessariam ad vitæ spiritualis perfectionem, ad religionis conservationem, & animarum conversionem, merito Christus mandatis omnibus ante posuit, & tamquam viuētorum mandorum summam singulari præcepto sancti dicens, Hoc est præceptum meum, ut diligatis inuicem, sicut dilexi vos.]

*Greg. 10. in
Ezech.**Ioan. 15.*

E *Perfectionem fraternalē charitatis Christi præceptum appellari, propterea quod excellētias perfectionis continet.*

CAP VT XXXIV.



ANDEM Saluator noster præceptum de hac perfectionis parte, à lelatum, suum præceptum nuncupavit, ut dignitatem, & præstantiam fraternalē charitatis ostenderet. Quia tan-

ta est